



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 110. Nuntii Apostolici Coloniensis jurisdictio restricta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

Sæc. XVII. „mus Vobis singularis probitatis  
A.C. 1706. „Zeli Antistitem, cuiusmodi Veneti  
„bilem Fratrem Franciscum Arnoldum  
„Episcopum vestrum esse confidimus  
„Vos comprobanda potius filiali velu  
„observantia, quam de recolendis  
„lis, quæ tranquillitatem vestram  
„qualiter interturbarunt, cogitatis. Ve  
„rum hæc magis, ut diximus, expe  
„ctanda, quam requirenda sunt a pe  
„specta vestra virtute, cum sperare  
„sit Vos de custodienda, ac cumuland  
„invicem dilectione, & pace, quoniam  
„esse scitis a Christo Domino Discipulis  
„ac Sectatoribus suis relictam, fore  
„licitos, tum ut divinus cultus isti  
„communi, ac concordi studio aug  
„tur, tum ut congruis gratæ volunt  
„tis argumentis respondeatis Paterni  
„nostro erga vos amori. „

## §. CX.

*Nuntii Apostolici Coloniensis iur  
dictio deppressa.*

*Abregé de  
 l'Hist. Eccl.  
 t. 13. p. 588.*

Sub idem ferme tempus Thorenſis Ecclesiae Imperialis Abbatissa feudum quoddam esse liberatum declarabat. cum autem Feudatarius se graviter & inique læsum reputaret, Julii Piazza Pontificii Nuntii Colonensis opem implorabat: Hic igitur hanc cauſam, que

in Camera Feudali Abbatissæ in West- Sæc. XVII,  
phalia coram competente Judice agita- A. C. 1706.  
batur, ad forum Ecclesiasticum evo-  
cavit, & indictis pœnis Abbatissam,  
ut suæ actionis rationem redderet, com-  
parere jussit, obnitentemque pœna pe-  
cuniaria, censurisque Ecclesiasticis com-  
pellere tentavit. Hac vero ad Cæsa-  
rem, Imperiumque appellante, tota  
controversia Ratisbonæ in Imperii co-  
mitiis agitabatur, tandem vero die se-  
ptima Julii sententia & Nuntii man-  
data utpote Imperii legibus, Constitu-  
tionibus & recessibus, necnon postre-  
mis Leopoldi & Josephi Imperatorum  
Capitulationibus adversa, atque in  
causa mere profana, tanquam irrita  
& nulla fuere declarata, simulque jus  
Abbatissæ confirmatum: Ut vero Pon-  
tifex Nuntii sui dolorem inde conce-  
ptum tantisper leniret, eidem Batavicæ  
Ecclesiæ regimen commisit, vehemen-  
ter reclamantibus Ultrajectensibus &  
Harlemensibus Canonicis, qui sua jura  
violari existimantes, querulas ad Pa-  
luccium Cardinalem literas dedere,  
quibus tamen interminata anathema-  
tis pœna interdictum, ne ullum juris-  
dictionis actum exercere præsumerent.

## §. CXL.